

7
SOCIETATIS IN UNITATE
L A T I N I I
VITERBIENSIS

REI NOVAE PROPOSITA
CONSIDERATIO.



BIBLIOTECĀ NAZ
ROMA
VITERBIENSIS

De Praesidentium Autoritate.

ROMAE,

Apud Franciscum Zannettum.

Anno, M. D. XC.

LATINVSI LATINIUS
I VI T E R B I E N S I S
STUDIOSIS S.D.
VITERBIENSIS

ATQ[UE] PROPO[RI]AE REI
D nouam rem diligenter consi-
derandam vos atq[ue] diudican-
dam voco: ad nouam, inquā,
nondum forte, ne a me qui-
dem paene octogenario sene satis intellectā,
vel explicatam inuito. Confido autem,
cum operam meam in eare positam non
inanem visum ire, tum industriam non
ingratam plerisque fore. Vestrum erit ma-
ture omnia expenderes; Deoq[ue] mecum gra-
tias agere, qui fidelibus suis ad veritatis
inuestiganda rationes aperire viam, in-
genium acuere, ac superno infuso lumine
numquam desinit illustrare. Valete.

Decubili, v. Id. Aprilis. M. D. XC.

Abbae praeuicariae Denuo certum

Anno MDXC.

REI

REI NOVÆ PROPOSITA

VULPY physica ratione det-
Comprehensum Africanus a-
pud Ciceronem in Soin-
tio affirmariit, annum ma-
gnum; quem vertentem appellavit,
annorum quindecim millium curri-
culo perfici; quae nam vero physica
illa esset ratio, cuius certo fundamen-
to iacto nisus ego quoque ad difficilli-
mam quaestionem expediēdam per-
uenire possem, diu in longa ac permo-
lestanoctis vigilia meditatus, nihil ex-
ijs qui eum Ciceronis locum expli-
candum adhuc suscepereunt, reperi-
sem, conuertim me ad eos Christianae
professionis scriptores, qui de tem-
porum ratione, multa firmioraque,
certa quadam progressionē prodide-

runt; eamq[ue] progressionem physicam
 illam veterum sapientum rationem
 omnino esse interpretatus sum ; qua
 Africano superstite maiores deprehē-
 derint integrum cæli totius conuer-
 sionem annorum quindecim millium
 spatio, non maiore, minoreve, consta-
 re. Ex Bedae igitur de temporum ra-
 tione commentarijs, Lunae cyclum
 annis decem & nouem, Solis vero an-
 norū viginti octo periodo absolui cō-
 peri; ex his vero in se multiplicatis Cy-
 clum maiorem produci annorū quin-
 gentorum triginta duorum, quem
 Paschalem Dionysius abbas appel-
 lauit, quod e temporis interuallo se-
 ptem inerrantia sidera, plena conuer-
 sione peracta, in eundem, vnde pau-
 latim progressa fuerant, reuertuntur
 locum. Quoniam vero ea progres-
 sione usus, tamquam plane physica
 ratione, eo adductus eram, ut non

5

temere sperarem me ad caeli totius
integram conuersionem, quae quinde
cim millium annorum peracto spatio
conficitur, peruenire tandem posse;
dixi intra me: Quid, si ego maiore Cy-
clo quingentorum triginta duorū an-
norū vicies octies multiplicato, ex-
periar quantum proficiam? Intellige-
bam enim, mihi sine ullo veritatis pe-
riculo in noctis silentio quidquid vel-
lem mēcum imeditari, atque in digitos
vtcumq. mittere licere. Semel igitur,
iterumque, ac tertio expertus, intelle-
xi me non longe a proposito scopo
aberrasse. nam supradictorum cyclo-
rum numerum non plures quam cen-
tuī quattuor annos redundantes in-
ueni, quos peritorum astronomorum
erit definire, embolismis ne, an alia ra-
tione decoquere oporteat. Ego enim
eius disciplinæ omnino rudis, nihil
audeo affirmare. Haec autem non fa-

cile adducot ut credam, ne in me ante
me cognouisse: sed in infinita paene
sententiarum varietate, desperasse se
post tot virorum singulari auctoritate
praestantiū definitas sententias quid-
quam litteris consignare posse, quod
vel paucissimis satisfaceret. Si qua
enim umquam in difficii quaeſtione
ſententijs variatum est, in hac praeci-
pue factum esse necessario cogimur
confiteri: quot enim capita, tot varia
ſententias numeramus. Sed veniendū
nunc tandem est ad id, cuius gratia,
quae ſuprascripti, ſummo quide[m] stu-
dio inuestigata, ſed non ſine errore
collecta ſunt: id est autem quantum
ſit vniuersum tempus ab orbe a Deo
condito ad natum Redemptorem no-
ſtrum, Dei & hominis filium Chri-
ſtum Iesum. Quod autem de Cyclo-
rum maiorum Dionysij progreſſione
certa comperimus, confirmari maxi-
me

me potest, praeter ea quae attulimus,
 auctoritate veteris scriptoris, qui de
 mirabilibus sacrae Scripturæ multa
 tribus libris complexus est, extantq;
 inter sancti Augustini opera tomo ter-
 tio in appendice a Louaniensibus me-
 rito reiecta. Is palam indicauit, se Bri-
 tannū, vel Hibernum natione fuisse;
 quae scripsit autem, operaepretium
 est hic totidem verbis referre ex secun-
 do libro, capite quarto. Sunt autem
 haec: Quinto namque cyclo a mun-
 di principio anno centesimo quarto,
 decimo, generale totius mundi dilu-
 uiū sub Noë venit, qui post diluuiū
 quadringentesimo decimo octavo an-
 no deceſſit. & inde alius incipiēs, id est
 sextus, in octavo aetatis Abrahæ an-
 no finitur. & nono eius anno septimus
 incipiēs, trigesimo quinto anno eges-
 sionis filiorum Israel de Aegypto, id
 est, quinquennio ante mortem Moysè

concluditur. post quem octauus, in
quo est illud signum in Sole & Luna
factū, trigesimosexto anno egressio-
nis Israël de Aegypto incipiens, in
trigesimum primum annum Asae re-
gis Iuda incidit. cuius trigesimo se-
cundo anno nonius exordium capiēs;
in quo & aliud signum in Sole, Eze-
chiae regis tempore; de quo paulo
post dicemus, factum legitur, cente-
simooctauo anno post templi resta-
rationem, quae sub Dario facta est, sui
cursus spatium consummāuit; donec
decimus inde oriens nonagesimose-
cundo anno post passionem Saluato-
ris, Auiola & Pansa Coss. peractis
cursibus consuminatur. post quem vn-
decimus a Consulatu Paterni & Tor-
quati ad nostra usque tempora decur-
rens, extremo anno Hiberniensem
in oriente Manichaeo inter ceteros sa-
pientes, peragitur. Constat igitur ex
hoc.

hoc vetere scriptore , qui post sancti
Augustini obitum annis ducentis tri-
ginta hos commentarios edidit , atq.
antē Venerabilem Bedam annis cen-
tum & amplius , motus caelestis ini-
tium cum Cyclorum maiorum Dio-
nysij (qui ante ipsum paene centum
annis floruit) initio coepisse currere .
Confirmatur haec eadem veritas Ge-
orgij Cedreni scriptoris Graeci testi-
monio , in historiarum compendio ,
qui anno trecentesimo secundo Sethi ,
peractam fuisse primam periodum
quingentorum trigintaduorum anno-
rum ab initio creati caelestis motus
tradidit . Duorum horum testium con-
firmata sententia , annorum Christi
initium cum initio Paschalis Cycli a
Dionysio , Beda , & alijs , sine villa , quod
legerim , sententiarum discrepantia
constitutum iam ante aliquot saecu-
la , nouerunt omnes qui de ea re ali-
quid

quid vel leuissime inuestigarunt. Hoc
igitur iacto fundamento, quis mihi
audeat negare, die quarto creatum
firmamentū cum Sole, Luna, ac stel-
lis, quae tempora, dies, & annos dis-
tinguerent, motum caeli quoque eis-
dem momento creatum fuisse? Certe
videre nequeo, cur non necessario
consequens sit, cyclos suos Lunam
Solemque statim inchoasse cum mo-
tu: quod, quia verissimum esse cogi-
mur confiteri, eadem qua supra, pro-
gressione usus sum, idest certissima ra-
tione physica, ad usque natum Chri-
stum eisdem Cyclis tam minoribus
quam maioribus vniuersum ab orbe
condito tempus concludi oportere,
quantumcumque illud tempus metiri
quis, idest prorogare, aut coartare ve-
lit. Si igitur cum caeli motu cycli coe-
perunt currere: quid nam venire in
mentem potuit Mariano Scoto, cur
ini-

initium quattuor Cycli decemnoualis
 Lunae anno quarto vitae Adami assi-
 gnandum putarit? quod mihi absur-
 dissimum visum est; & cum ratione
 physica ita pugnat, ut nemo tam stu-
 pidus sit, quin videat id fieri nullo mo-
 do posse. Quid enim? cessauit ne caeli
 necessarius motus, an aliquo secretio-
 re mysterio anni trium cyclorum quin-
 quaginta septem in hoc temporis spa-
 tio praetermittendi, aut silentio con-
 demnandi sunt? Eundem autem Sco-
 tum cum Dionysio, Beda, & alijs in
 eadem sententia fuisse saepe legimus,
 initium annorum Christi initio Cycli
 Paschalis tribui. Quare verisimilius
 mihi videtur, in libro acephalo, in quo
 septem prima capita desiderantur, pa-
 ginam unam aut alteram deesse, in
 qua & trium cyclorum, & quattuor
 indictionum cursus suo ordine expli-
 catus notabatur. Hoc unum vero eru-
ditis

ditis considerandum relinquō. Ego enim (ingēnus fateor) cūm diutius ī ea difficultate soluenda frustra labo- rassem, nihil reperi quod satisfacere cūquā posse mihi videretur. Inter eos autem qui ab orbe cōdito ad Christū natum annorum suimām diligenter notasse referuntur (eorum autem lon gam seriēm Xystus Senensis in sacra Bibliotheca lib. 5. annot. 8. collegit) neminem inueni, qui minus a cyclo- rum integritate discēdere, & ad tem- poris totius veritatem propius accē- dere mihi videatur, quam beatus Au- gustinus. Is enim (vt referunt multi) vniuersum tempus ab orbe condito ad Christum natum quinque milli- bus trecentis quinquaginta tribus an- nis comprehensum fuisse statuit: quod spatiū si quis in Cyclos maiores Dio- nysij partiatur, inueniet, supra deci- mum Cyclum nihil amplius redūda-
re,

ré, quām annos trigintatres, quod lib
 riorum vel negligentia, vel teme
 ritate commissum existimare quis fa
 cile poterit: decem enim Cyclorum
 cursus quinque millium trecentorum
 viginti annorum interuallo necessa
 rio perficitur. Vbi autem a S. Augu
 stino eum annorum numerum defi
 nitum fuisse teneamus, adhuc quae
 ro. Opinor vero triginta trium anno
 rum numerum supra Integros Cyclos
 a quopiam forte additum, qui putari
 rit ab orbe condito non ad Christi or
 tum, sed ad mortem eius esse referen
 dum: nisi forte verum sit quod aliqui
 afferunt, Nestorianorum consuetudi
 nem fuisse, Christi annos non ab eius
 ortu, sed ab assumptione in caelum
 numerandi; quod post ascensionem
 diuinitatem eius confessi fuerint, non
 ante. Ego vero quouis sacramento
 contenderim (quandoquidem neces
 sitas)

sarium esse ostensum ex predictis est;
 Cyclorum initium statim cum caeli
 motu coepisse currere, & usque ad
 natum Christum Cyclos integros om-
 nino numerari oportere) Alfonsi Re-
 gis, qui Astronomicas tabulas cōpo-
 suit, annorum numerum notatum;
 manifesto corruptum esse; facileque
 deprehendi à quo quis posse. Primiū
 enim Cyclus, 532. annis constat. Se-
 cundus, 1064. Tertius, 1596. Quar-
 tus, 2128. Quintus, 2660. Sextus,
 3192. Septimus, 3724. Octauus,
 4256. Nonus, 4788. Decimus, 5320.
 Undecimus, 5852. Duodecimus,
 6384. Praeter hos autem numeros
 consistere integri Cycli non possunt.
 Quare numerus Alfonso tributus non
 6984. sed 6384. restituendus est. Ve-
 rum coniecturis frustra niti in re gra-
 uissima, tantaque sententiarum va-
 rietate, homini solito potius abuten-
 tis,